



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 80. Libellus supplex Regio Senatui contra Parisiensem Universitatem a Jesuitis exhibitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. „bere inhibeat. Nost:um igitur mul-
 A. C. 1625 „tum interest, ut pro defensione nostra
 „Majestati exponamus. quod omnia,
 „quæ Rector, & Parisina, ceteræque
 „Universitates pro sua defensione con-
 „tra hanc Societatem circa Jesuitarum
 „doctrinas dixerunt, ac typis edide-
 „runt, nullatenus calumniæ vel libelli
 „famosi, sed probatæ veritates sint
 „Id coram Regia sua Majestate, vel
 „Parlamenti Curia, prout placuerit,
 „omni, qua par erit moderatione, si-
 „ne acerbitate, nec acerbiorè, quam
 „Veritatis defensio deposcit, æmula-
 „tione demonstratum ibimus. Rogæ-
 „mus itaque, ne Vestra Majestas nos
 „non auditos condemnari permittat,
 „sed potius oblatum Societatis libellum
 „nobis communicari, præcipere digne-
 „tur, ut juxta privilegium a tuis Præ-
 „decessoribus concessum & a te con-
 „firmatum nos huic scripto respondere,
 „nosque defendere valeamus.,,

§. LXXX.

*Libellus supplex Regio Senatui con-
 tra Parisiensem Universitatem a
 Jesuitis exhibitus.*

*Argentre
 l. c.*

Quamprimum hujus supplicationis
 fama ad Jesuitarum aures perven-
 nerat

nerat, mox Pater Petrus Cotonus Pa-
 risiensis Provinciæ Superior, qui ad-
 hucdum in Aula plurimum auctoritate
 & gratia valebat, Regio Senatui libel-
 lum supplicem contra Parisinam Uni-
 versitatem obtulit, cujus summa hæc
 erat: „Non modo iteratis Rectoris Uni-
 „versitatis sermonibus, sed etiam fa-
 „mosis libellis indies per plateas cir-
 „cumlatis, venditisque populo impo-
 „nitur, perinde ac si nostra doctrina ab
 „illa Ecclesiæ foret aliena, & præci-
 „pue quod apud nos tradatur, Sacratæ
 „Regum personæ infidias fruere, eis-
 „que absolutam potestatem in eorum
 „subditos a Deo datam, auferre, eos
 „exauctorare, & in eorum dominia a
 „Deo stabilita involare, licitum esse:
 „quæ tamen adeo horrenda est calum-
 „nia, ut non modo veritatem impugnet,
 „sed & furiosorum manibus gladium,
 „& factiosis rebellionis fomitem sub-
 „ministret, eo quod ejusmodi homines
 „erronea conscientia seducti, in dam-
 „nando suo proposito facile firmari pos-
 „sent, si sibi semel persuasum haberent,
 „quod quidam Religiosorum Ordo ob
 „doctrinam & pietatem maximi habi-
 „tus, eorum consilia quantumcunque
 „execranda & abominanda approbatu-
 „rus sit. Nil dicam, quod ejusmodi
 „libelli imposturis pleni dissensionum
 Q 4 „semina

Sæc. XVII.
 A. C. 1625.

Sæc. XVII. „femina inter vestros subditos, quorum
 A. C. 1625 „quidam Societatem accusarent, alii
 „defenderent, spargere possent.”

„Placeat igitur Majestati vestræ, in-
 „dictis gravissimis pœnis tam Rectori,
 „quam ceteris inhibere, ne Societatis
 „Doctrinam quovis modo nec ore, nec
 „calamo, nec typis dein, non sine Or-
 „dinis, & singulorum infamia, pro-
 „scindere audeant, præcipue, cum ce-
 „teri Europæ Principes, quibus existi-
 „matum hujus doctrinæ venenum evo-
 „mere maloque obviare, æque e re
 „fuiisset, hucusque nihil contra eam
 „moverint, nec etiam Jesuitæ tanquam
 „perverfi homines depingi valerent,
 „quia simul Majestatis vestræ, sui Con-
 „sili, Senatus, & plusquam centies
 „mille hominum, qui suos filios eis
 „institutos tradiderunt, honor pete-
 „tur; hi omnes autem sunt testes no-
 „stræ doctrinæ ac morum, quos tole-
 „rare non posset vestra Majestas, imo
 „quos etiam extirpare teneretur, si ea,
 „de quibus Jesuitæ accusantur, veri-
 „tati niterentur.”